

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 43

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

alienata denuo revocanda condictus

Q. 2. Quomodo haec actio definitur? R.  
est actio personalis, in rem scripta, qua re-  
ditor vel ejus heres, aut curator ~~bonorum~~ bono-  
rum obtenta possessione, et subsecuta exemptio-  
ne debitoris, bona in suo <sup>veritate</sup> damno fraudulenter alienata et  
tradita intra annum ab accipiente ejusque herede  
una cum fructibus, nec tamen refofo pretio revo-  
cat, nisi alienata non fuissent. Vidri. h. n. 2.

Lib. 42.  
116

Q. 3. Quando fraus dicitur esse facta? R.  
cum consilio et eventu sunt fraudati Credi-  
tores, l. 15. ff. h. l. 49. ff. de Reg. jur.

Q. 4. Cui incumbat probatio? R. Credi-  
tori. Ad hanc rem sufficiunt indicia  
et actus clandestini.

Lib. 43

## Liber 43

Tit. 1.

De interditiis sive extraordinariis  
actionibus, quae pro eis competunt

Hanc materiam explicavimus in l. 4. inst.

Tit. 15. Sufficiat hinc adnotare, quod interdicta  
sunt extraordinariae actiones, quibus agitur, ut quid jubeatur  
vel vetetur, quibus potissimum agitur de possessione vel quasi.

Tit. 16.

Quorum bonorum

Tit. 2.

Quorum bonorum.

Q. 1. Quid sit interdictum quorum bonorum?

R. Quod datur ei, cui ex edicto praetoris bono-  
rum possessio est delata, contra eum, qui pro herede,  
vel pro possessore possidet, ut realem hereditatis  
possessionem obtineat, l. 1. ff. h. l. 3. inst. de  
interd.

Q. 2. An datur heredi tam ex testamento, quam ab

Lib. 43

- intestato? R. Datur directe, modo hereditatem  
vel bonorum possessionem coram Magistratu agnove-  
rit, arg. d. l. 1. in actio uel datur etiam  
utiliter licet simpliciter hereditate adierit.
- Q. 3. Datur ne etiam adversus debitores hereditarios? R. Non, sed tantum adversus eos qui corpora possident.
- Q. 4. In quibus distinguatur petitio hereditaria ab hoc interdicto? R. Petitio hereditaria datur ad res corporales et incorporeales pleno jure proprietatis habendas, hoc uero interdictum tantum ad res corporales possidendas, l. fin. ff. h. Deinde in petitione hereditaria executioni probatio exigitur, quam in hoc interdicto.
- Q. 5. Possit ne hoc interdictum inquiri obiectione dominii? R. aff. si sine multa ac altiori indagine probetur dominium, l. fin. c. h.

Tit. 3.

### Quod Legatorum

- Q. 1. Quid sit interdictum, quod Legatorum? R. Interdictum adipsendam possessionem, quo agit heres post aditam hereditatem, ut possessionem rei legatae, quam Legatarius occupavit, adipiscatur, l. 1. pr. s. 1. 2. ff. h. equum enim est, ut Legatarius non sibi jus dicat, licet dominium ad eum pertineat, l. 80. ff. de leg. 2. sed ab herede possessio- nem habeat d. l. 1. s. 2.

Dices: Dolo petit, qui mox redditur est, l. 172. s. ult. de R. J. Ergo: R. id uerum esse, quando non interest actoris, ut rem interim habeat: interest autem heredis, ut constet de legato, an debeat propter legem falcidia, ob res alienum, ac deinde hic tantum agitur de possessione interim habenda, non de re ipsa.

Q. 2. Annon Legatarius amittit rem legatam, quod  
eam occupet sine voluntate heredis, secundum l. 13  
ff. de eo, quod met. caus. l. 50. ff. ad l. falid.  
R. affirm. si hereditatem heres adierit, scilicet  
si non adierit, ac deinde multa possidet bona fide  
fieri, licet heres non assensit

Q. 3. Quibus datur? R. omni Successori hoc interdictum.  
universali, siue sit heres, siue heredi heres, d. l. 1.  
§. 3.

Q. 4. Contra quem datur? R. contra omnem  
Legatarium, qui sine voluntate heredis heredi, ante  
vel post aditam hereditatem vel cum voluntate ante  
aditam occupavit rem legatam, d. l. 1. §. 2. et ult.  
ff. h. Etiam contra eum, qui dolo malo desinit  
possidere, d. l. 1. §. 7. nec non contra Successores  
Legatariorum, siue sint universales, siue singula-  
res, d. l. 1. §. 10. et 13.

Q. 5. Quid in fideicommissario statuendum? R.  
Adversus eum dari, si singularis sit, non est du-  
bitandum, arg. §. 2. iust. de legat. l. un. c. h.  
in quo textu verba generalia ad singularem  
fideicommissarium sunt restringenda.

Q. 6. Quid si res non restituatur? R. Agen-  
dum in id, quod interest, l. ult. §. 2. ff. h. et  
ad fructus, l. 3. ff. de interd.

Tit. 4.

Ne vis fiat ei, qui in possessione  
missus erit.

Q. Quo remedio utantur missi in possessione?

R. habent interdictum partim prohibitorium par-  
tim restitutorium, l. pen. §. pen. ff. h. adversus  
illos, qui dolo fecerunt, quo minus missi sint in  
possessione bonorum, comparata actione in fac-  
tum, qua id, quod interest, petitur, l. 1. pr. §.  
§. 2. et §. ff. h.

## 1 De tabulis exhibendis

Q. 1. Quid sit interdictum de tabulis exhibendis? R. est exhibitorium, quo agitur, ut tabula testamenti vel alterius ultima voluntatis, l. 1. §. 2. ff. h. licet injusta sit exhibeantur et carum apprehendarum copia fiat l. 3. §. 8. ff. h.

Q. 2. Quibus competat? R. omnibus, quibus quid relictum est, sive per institutionem, sive per substitutionem l. unie. C. h. et non tantum heredibus, sed et legatariis, l. 3. §. 10. ff. h.

Q. 3. Contra quem datur? R. adversus eum qui tabulas detinet, casus dolo habere desit, d. l. 3. §. 6. item adversus eum qui negat se tenere exhibere, l. 1. §. 1. ff. h.

Q. 4. Quid si non exhibeantur tabula intra tempus praestitutum? R. fit condemnatio in id, quod interest; non certum vero est tempus anni vel alius, sed ex officio iudicis dependet, l. 3. §. pen. ff. h.

Q. 5. Quid consequatur heres vel legatarius hoc interdicto, cum id, quod interest praestandum est? R. Estimatio in herede ad hereditatem, in legatario ad legatum est transferenda, d. l. 3. §. 11. 12. 13.

Q. 6. De turba hoc interdictum heredibus et contra heredes? R. Datur heredibus, d. l. 3. §. fin. non contra <sup>heredes</sup> nisi qui possident, vel dolo desierunt tenere tabulas.

~~Tit 9.~~  
Ne quid in loco sacro fiat vel itinere fiat.

Tit. 6.

18  
Lib. 43 118

Ne quid in loco  
sacro fiat?

Q. d. Quid sit in interdicto  
ne quid in loco sacro fiat?  
R. Vetatur, ne quid, quod de-  
formitatem, vel incommoditatem  
habet, fiat in loco sacro  
vel immittatur, l. 1. pr. et  
§. 1. ff. h. quod ad referendum  
est ad portas, et aut alia loca  
sancta, l. 2. ff. h.

Tit. 7.

De locis et itineribus  
publicis

Q. Quorum usus  
2. Qua sint loca et itinera  
publica? R. quorum usus omni-  
bus vacat, l. 2. §. 2. et 3. 4. 5. ff.  
ne quid in loc. publ. In hisce quoli-  
bet postulante, interdicatur, l. 1. ff. h.

Tit. 8.

Ne quid in loco publico  
vel itinere fiat.



P. 6. 43.  
119

Q. 1. Quaesitum est interdicta de locis publicis?

R. Sunt varia: 1<sup>ma</sup> est prohibitoria, ne quid in eis fiat, vel in eas immittatur, ex quo damnum datur, postquam si quid lege concessum sit, l. 2. pr. ff. h.

Q. 2. Quid si quis prohibeatur piscari in mari, aut navigare, vel in publico ludere?

R. Non dabitur hoc interdictum, sed actio iniuriarum, d. l. 2. §. 9.

Q. 3. Quod sit 2<sup>da</sup> interdictum? R. Ne quid in itinere publico fiat, vel immittatur, quo reddatur deterius, d. l. 2. §. 20.

Q. 4. Quod sit tertium? R. Quod in loco publico vel itinere factum vel immisum est, restituatur, id est, in pristinam faciem redigatur, d. l. 2. §. 35.

Q. 5. Quod sit 4<sup>ta</sup>? R. Ne vis fiat ei, qui in loco vel itinere publico ire, agere velit, d. l. 2. §. fin.

Tit. 9.

De loco publico fruendo.

Q. Quod sit 5<sup>tu</sup> interdictum? R. Ne vis ei fiat, qui loco publico à se conducto secundum legem locationis frui desiderat, l. 1. §. ult. ff. h.

Tit. 10.

De via publica, et si quid in ea factum esse dicatur

Q. 1. Quomodo distinguatur via? R. Est vel publica vel privata. Publica est, cuius solum est publicum, vocari solet Regia praetoria, consularis, Privata est, in qua privatum est, quae et Agraria dicitur dicitur vel quae ducit ad agrum alterius, l. 2. §. 21. 23. l. ff. ne quid in loc. pub.

Lib. 43. 2. 2. Quae igitur sint viae militares, et  
vicinales? R. Militares\* sunt viae publi-  
cae, sicut via regia, et ducunt ad mare, in  
urbes, aut aliam viam regiam. Vicinales  
sunt quae ex agris privatorum factae, vel in  
vicos ducunt, vel sunt in vicis, *Doct. Comag*

\* *Dir. Joh. König-  
land, ed. J. J. J. J.  
Prass.*

2. 3. Quae sint de viis publicis interdicta?  
R. Eadem quae et ante de locis publicis  
sunt exhibitae. Itaque pro secundo interdicto  
ad loca publica accipientur, ut faciendum  
in civitatibus viae adaequantur, effluxiones non  
noceant domibus, pontes fiant, ubi oportet  
l. 1. pr. ff. h. ne parietes, qui ad viam ducunt  
sint caduci: ne quis effodiat, vel subruat  
vias, nihil fiat in eis, ex quo deterior sit ea-  
rum usus, non permittantur rixae, non fiat pro-  
jectio stercoreis, morticinae, vel pellium, quae fo-  
etorem excipient.

T. 11

### De via et itinere publico reficiendo

2. 1. Quod sit septimum interdictum? R. Ne  
vis fiat ei, qui viam publicam, itaque publicam ape-  
rire hoc est, ad veterem latitudinem restituere, vel  
reficere velit, modo via vel iter non deterioretur.

2. 2. Quid si quis viam publicam exaraverit?

R. ipse compellatur ad eam rursus muniendam  
l. fin. §. ult. ff. h. Quod si quis in agrum  
vicini viam publicam rejecerit, dabitur in eam  
actio via recepta, quanti interest ejus, cuius  
fundo nocitum est d. l. fin. ff. h.

2. 3. Quid si via publica impetu fluminis  
vel ruina sit amissa? R. Vicinus proximus viae  
prostratae debet, l. 14. §. 1. ff. quemadmodum servit. amitt.  
Sed tamen sumptibus publicis, arg. l. 13. §. ult.  
ff. commun. praed., l. 2. C. quibus ex caus. servit.

De fluminibus ne quid in flumine pu-  
blico, ripae ejus fiat, quo pejus  
navigetur.

L. 6. 43.  
120

Q. d. Sint ne et de fluminibus interdicta?  
R. sunt. Primum est, ne quid in flumine publico  
vel ripa fiat, vel quid immutetur, quo status, iterum  
navigis factis sit deterius, l. 1. ff. h. 2. dum ut  
quod in flumine publico vel ripa ejus factum est,  
vel immisum, quo status iterum magis navigis  
deterius, restitatur, <sup>h. c.</sup> seu auoveatur seu destruetur.

Q. 2. Quae sint flumina publica? R.  
Quae sunt perennia, l. 1. §. 2. ff. h. Distri-  
guuntur autem flumina à rivis magnitudine  
aut existimatione circumvolantium, l. 1. §. 1. ff. h.  
vel quod flumina ex ore fontibus origine ducunt,  
et se in mare exonerant; rivus, <sup>vero</sup> ex fluminibus  
deducantur.

Ne quid in flumine publico fiat quo  
aliter aqua fluat, atq. uti  
priori aetate fluxit.

Q. d. Quod sit tertium interdictum in flu-  
minibus? R. Ne quis faciat, vel immutat, quo  
aliter fluat, quam priori aetate fluxit flumen,  
l. 1. pr. ff.

Q. 2. Quid sit quartum interdictum? R. ut quod fac-  
tum vel immisum est, ex quo aqua fluminis ali-  
ter fluxit, quam priori aetate fluxit, destruetur  
d. l. 1. §. 11.

Ut in flumine publico navigare liceat?

Q. Quid sit quintum? R. ut liceat in  
flumine publico navigare, ratem agere, per  
ripam onerare, <sup>vel</sup> exonerare merces, ut et liceat  
per lacum fossam, stagnum publicum navigare, l.  
un. pr. ff. h.

## De ripa munienda.

Q. 1. Quid sit scatum interdiction? R. Ne vis fiat ei, qui in flumine publico, vel ripa ejus desiderat facere opus, ripave vel agri tuendi causa, dum ne navigatio fiat deterior.

Q. 2. Quid sit septimum? R. ut is, qui ripam munire vult, de damno infecto, antequam opus fuerit factum, vicinis, et his, qui trans flumen possident, caveat in decem annos viri boni arbitratu.

## Tit. 16.

## De vi et vi armata.

Q. 1. Quae sint interdicta de rebus familiaribus? R. sunt varia, quorum primum est unde vi, recuperanda possessionis, §. 6. inst. de interd. De hoc Prator ait: unde tu illum vi deieisti, vel familia tua, de eo, quod ille ibidem habuit. Judicium dabo, l. 1. §. h.

Q. 2. De qua vi accipiendum sit? R. De expulsiua, et ea, quae comissa est circa possessionem immobilium, vel earum, quae immobilibus cohaerent, l. 1. §. 6. §. h. non vero circa mobilium possessionem, d. l. 1. §. 6. nisi sint in re immobilibus, a qua quis dejectus est d. §. 6.

Q. 3. Quibus datur? R. Qualicumque possessioni sine animo sine corpore possideat d. l. 1. §. 23. §. h. sine iuste sine iniuste, d. l. 1. §. 30 licet etiam possideat vi, clam, vel precario a deiciente, §. 6. inst. de interd. Datur et usufructuario, l. 3. §. 13. et seqq. §. h. Non colonis, quia sibi non possidet.

Q. 4. Num datur et heredibus? R. aff. ex l. 1. §. 44. §. h.

Q. 5. Quid si quis deiecerit me Ladnos meos, per quos retineo possessionem? R. Non dabitur.



Lib. 43.

Q. 11. Quid si si probari non possit, quae res  
nobiles sint ablatae? R. si quidem vis sit pro-  
bata per iuramentum actoris fiet estimatio l.  
g. l. h. Et si dejectus postea sit mortuus,  
etiam heres jurare poterit, modo sciat, quae res  
ibi fuerint tempore, quo vis est facta.

Q. 12. Si quis vim patiatur, quid faciat? R.  
In continenti eam potest jure repellere, l. 3. §. 9. ff.  
adesq. qui in vim repellenda alterum occidit, cum  
aliter ipsi parere non potest, ac usus est modera-  
mine inculpata tutela, jure eum occidit, l. x. c. h.

Q. 13. Sicut ne prater hoc interdictum alia reme-  
dia quibus deicibus consulitur? R. Sunt varia  
1. accusatio ex iudicio publico de vi. 2. Remedium  
ex l. y. c. h. per quod si Dominus expulerit, do-  
minium amittit. si vero alius, prater restitutionem rei  
muletatur ejus estimatione, quam dejecto prestare te-  
retur. 3. Remedium ex Can. Redintegr. caus. 3. §. 1.  
Cujus beneficio consulitur iis, qui injuste quolibet  
modo possessionem suarum rerum amiserunt, ut possessio-  
nem suam ~~rerum~~ recuperare possint a quolibet,  
maxime ab eo, qui non ignorabat, eam in esse abla-  
tam, c. 1. §. 8. de rest. spol.

Q. 14. Quid si si vi vel alio modo absentis pos-  
sessio turbetur? R. Potest quilibet, imo et servus  
absentem defendere, etiam sine mandato, salvo jure  
Domini, ut omni tempore, quo reversus sit, possessio-  
nem amissam recuperet, l. 1. c. h. licet etiam occu-  
pans obtinuerit Principis rescriptum, l. 2. c. h.

Tit. 17.

### Vti possidetis

Q. 1. Quid sit et dum interdictum de rebus familia-  
ribus? R. Vti possidetis, quod datur iis, qui possi-  
dent res immobiles, vel quasi, adversus eos qui turbant  
in possessione, qua de re prator ait: uti eas ades, qui-  
bus de agitur, nec vi nec cla, nec precario alter ab al-  
tero possidetis, quo minus eas, <sup>ita</sup> possideatis, vim fieri veto  
l. 1. §. h.

Q. 2. quibus datur hoc interdictum? R. Iis, qui suo  
nomine possident possident <sup>non</sup> vitiose ab alio, modo

~~non adu. fano~~, l. un. C. h. §. 4. iust. de interdict.  
 Non colonis competit, ullive, qui alterius nomine  
 in possessione est: imo nec misso in possessionem  
 custodia tantum causa, l. 3. §. 8. ff. h. Recte autem  
 usufructuario, l. ult. ff. h. et sequestro, si possideat.

Q. 3. Possitne dari dejectio per vim? R. Recte  
 ei, cuius absentis possessio est occupata, l. 6. §. fin.  
 ff. de acquir. possess. non vero ei, qui per vim dejectus  
 est.

Q. 4. Contra quos datur? R. Contra turbantes  
 ac impedientes usum possessionis quocumq.  
 modo, l. 3. §. 3. ff. h. imo et contra eum qui metum  
 intulit, ne quis colere fundum audeat, d. l. 3. §. 4.

Q. 5. Quo tempore requiratur actoris possessio?  
 R. tempore litis contestata, d. §. 4. iust. de interd.  
 et si utriusq. litigantes possessionem probent, quia  
 probant, tunc ad sunt, secundum regulam l. 3. ff. h.

Q. 6. Possitne Domini exceptio hic opponi? R. Reg. nisi prius facta fuerit  
 restitutio  
 "quanti in continenti, et sine difficultate probari que-  
 at, arg. l. 196. ff. de R. J.

Tit. 18

De superficiibus

Q. 1. Quid si quis turbetur circa Superficiem  
 R. Datur interdictum simile uti possidetis, quod  
 usum superficiem contra turbatores datur, l. 1. ff. h.

Q. 2. Quid sit Superficies? R. In genere  
 quicquid supra faciem terra soli existit, <sup>ut</sup> plantae  
 vineae et similia, l. 13. ff. de Servit. et praed. rust.  
 In specie est aedificium a conductore in fundo con-  
 sensu Domini positum, l. 2. ff. h.

Q. 3. Quid juris habeat Superficiarius in genere?  
 R. Habet, dum in conductione est, jus dominio simile,  
 unde et ipsi competit actio in rem, l. 1. §. 6. ff. h.

Tit. 19.

De itinere actus privato.

Q. Sit ne speciale de itinere vel actu privato  
 interdictum? R. Haec de re est prohibitorium ad tuen-  
 das servitutes rusticas, simile uti possidetis, quod is qui  
 iter vel actum possidet, datur adversus turbantes, l. 1. ff. h.

De aqua quotidiana et  
estiva.

Q. 1. Quid sit interdictum de aqua quotidiana? R. ne vis fiat ei, qui aquam non vitiosam ab adversario, hoc est nec vi, nec clam nec precario duxit hoc anno, l. 1. pr. ff. h.

Q. 2. Quae sit aqua quotidiana? R. quae quis assidue potest uti, licet non utatur, d. l. 1. §. 2.

Q. 3. Quomodo aqua quotidiana et estiva differant? R. Non jure sed usu; hinc dicit Ulpianus aquam estivam discerni à quotidiana ex proposito utentis, et ex natura locorum, nam si ea sit aqua, quae perpetuo duci possit, ego tamen aestate sola utar, dicendum est, hanc aquam esse estivam, si vero ea sit aqua, quae non nisi aestate vero alias et quolibet anni tempore utor, erit aqua quotidiana.

## Tit. 21.

## De rivis

Q. Quod sit interdictum de rivis? R. Ne quis turbetur rivus, speus, Septa reficere, purgare aqua ducenda causa, dum ne aliter aqua ducatur, quam priori aestate non vitiosam ab adversario duxit, l. 1. ff.

## Tit. 22.

## De fonte

Q. 1. Quid sit interdictum de fonte? R. De hoc Praetor ait: uti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aquam nec vi nec clam nec precario ab illo s. adversario usus es, quo minus ita utaris, vim fieri veto, l. 1. ff. h.

Q. 2. Quid hinc sit fons? R. Qui aquam habet vivam, itaque in cisterna locum non habet, d. l. 1. §. 4.

Q. 3. Num sit aliud interdictum de fonte? R. Affirmative. De hoc sic ait Praetor: quo minus fontem, quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coarctare, utiq. ea possis, dum ne aliter utaris, atq. uti hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo usus es, vim fieri veto, d. l. 1. §. 6. Quod et de lacu, puteo et piscina reficiendis dicitur.

Q. Quid sit interdictum de cloacis? R. Ut  
cuiuslibet cloaca privata purgare et reficere liceat  
modo caveatur de damno, l. 1. ff. h. 2. Item  
ne quid in cloaca factum vel immissum habeat, quo  
usus ejus deterior sit, d. l. 1. §. 5.

## Quod vi aut clam

Q. 1. Sitne interdictum, quo agitur de eo, quod  
~~per vim, aut clam, de quo prator ait, quod vi~~  
~~aut clam factum est?~~ R. Est, nominaturque  
quod vi aut clam, de quo prator ait, quod vi  
aut clam factum est, quo de agitur, id cum  
experiri potestas est, restituas, l. 1. pr. ff. h.

Q. 2. Quid sit vi facere, vel possidere?

R. Vi factum videtur contra prohibitionem,  
testationem, vel denuntiationem, vel cum quis sciens  
se prohiberi, per vim molitus est, ne prohiberi possit  
d. l. 1. §. 5. s. 6. C. qui facientem prohibuit, ideo  
in presentiarum dicitur, d. l. 5. 1.

Q. 3. Quid si alius sine dolo ejus, cuius est factum,  
deterruerit, ne prohiberet? R. Non est locus  
huic interdicto, ne in aliena potestate sit, con-  
ditionem alterius nihil delinquentis deteriore  
facere, d. l. 1. l. 2. l. 3. l. 20 ff. h.

Q. 4. Quid sit clam facere? R. Qui celavit  
adversarium, neq. nuntiavit, s. si timuit, aut ti- 7 tamen  
mere debuit controversiam, aut qui aliter fecit,  
quam denuntiavit, l. 3. §. pen. et ult. l. 4. et 5. ff. h.

Q. 5. Cui datur haec actio? R. Domino omnino,  
ei, cuius interest, licet non possideat, l. 16. pr. ff. h.  
Vnde et colonus ac fructuario nomine fructuum, l. 12  
ff. h.

Q. 6. Quid si <sup>is qui</sup> fecit, jus faciendi habuerit?  
R. Id non attenditur, arg. l. 1. pr. et 5. 1. ff. h.

Lib. 43.

2.7. Datur ne hoc interdictum heredibus et adversus heredes? R. Heredibus quidem sed non adversus heredes, nisi quia ad eos pervenit, d. l. 15 §. 3. ff. h. sed post annum non amplius competit, d. §. 3. annus autem cedere incipit, ex quo opus perfectum est, aut fieri desinit, d. l. 15 §. 4.

2.6. Liceat ne propria auctoritate destruere, quod vi aut clam ab alio factum est? R. Non licet, nisi ex necessaria causa, qua autem sit causa necessaria, ex arbitrio iudicis dependet, l. 7 §. 3. ff. h.

Tit. 25

### De Remissionibus

L. 1. Quid sit Remissio

Præcedenti titulo dictum, quod vi faciat, qui contra nuntiationem facit. Hoc limitatur 1. si nuntians non habuit jus nuntiandi, vel 2. etiam si jus habuit, sit tamen de demolendo opere, quando constabit injuste edificatum fuisse, præstita, vel oblata cautio, et 3. si nuntiatio facta pacto, aut voluntate ipsius nuntiantis remissa sit, l. 5 §. 5. ff. de Nov. oper. nunt.

Tit. 26.

### De Precario

L. 1. Quid sit interdictum de precario? R. ut restituatur, quod precario concessum est, l. 2. pr. §. 1. et 2. ff. h.

2.2. Quid dicatur precario concessum? R. quod precibus petenti concessum est, ac semper potest repeti, l. 1. pr. ff. h. Habere autem dicitur precario qui possessione corporis vel juris adeptus est, ex hac causam causa, quod preces adhibuerit, et impetruerit, ut possideret, utive liceat, l. 1. pr. l. 2. §. 5. fin. l. 3. ff. h.

2.3. In quibus rebus consistat precarium? R. In quibuslibet, tam mobilibus, quam immobilibus, l. 4. ff. h.

2.4. Num datur hoc interdictum heredi et contra heredem? R. Precarium rogatio quidem ad heredem eius, qui concessit, transit, sed non ad heredem rogantis,

19  
Lib. 43.  
124

cum ipse duntaxat, non heredi concessa sit possessio,  
l. 12. §. ult. ff. h. Hoc autem interdicto tenetur heres  
rogantis, uti ipse defunctus, l. 8. §. fin. ff. h.

2. 5. An anno et post annum datur? Non est  
dubitandum, cum et in longu tempore <sup>concedi</sup> dari possit l.  
8. §. per. ff. h.

2. 6. si tempus adiectum sit, an natura sua, qua est  
est, quod semper possit repeti, amittat? R. Nulla est  
vis huius conventionis, ut rem alienam domino invi-  
to quis possidere possit precario, l. 12. ff. h.

2. 7. Qua culpa sit prestanda in precario? R. tan-  
tum lata, l. 8. §. 3. ff. h. licet in commodato civi-  
na sit prestanda. Ratio differentia est, quia preca-  
rium semper potest revocari, l. 1. ff. h. non comoda-  
tum.

J. 24.

De arboribus cadentibus

Nota, si arbor ex adibus suis, id est Urbano pradio  
orto, vel area impendat in ades meas, et per te stet,  
quo minus, eam arborem mihi officientem tollas, da-  
tur mihi hoc titulo facultas arborem adimendi, hoc est  
a stripe succidendi, et ligna habendi, tunc protube-  
ris hoc interdicto vim facere, l. 1. in pr. §. et 5. et 2.  
ff. h. Arboris autem appellatione etiam veniunt vi-  
tes l. 1. §. 3. ff. h.

2. 1. Cui detur hoc interdictum? R. Non tantum  
domino adium, in quas arbor vicini impendat, sed  
etiam usufructuario, quia ipsius quoque interest arbo-  
rem non impendere, l. 1. §. 4. ff. h.

Sed dices: Sufficere, si frondes impendentes, vel  
nocentes succidantur. R. iure permisso esse non  
tantum frondes, sed omnino arborem a stripe adi-  
mere, l. 1. §. 2. ff. h.

2. 2. Quid si arbor ex pradio rustico impendat  
in alterum agrum vel pradium rusticum? R. potest, si  
in cuius agrum pendet arborem illam 15 pedibus a ter-  
ra altius coercere, eumque in fixe ramos circumci-  
dere, et sibi habere, nisi ipsamet domus arboris id  
faciat, vel per eum non stet, ne faciat, cuius ratio est,  
ne umbra arboris vicino pradio noceat, l. 1. §. 7. et seq. ff. h.

Lib. 43.

Q. 3. Quid si arbor ex fundo vicini inclinatur vento in fundum meum? R. possum de adimenda ea agere et dicere, quod ipsi non sit jus ita arborem habendi, l. 2. ff. h.

Tit. 28.

### De glauca legenda

Q. 1. Quid sit interdictum de glauca legenda? R. Ne vis fiat illi, qui glandem, hoc est omnem et quemlibet fructum, qui in agrum a fundo vicini cadit, legit, et auferit tertio die à tempore quo huiusmodi fructus ceciderunt.

Q. 2. Cur non quarto vel quinto etiam die tales fructus colligere non liceat? R. quia facile putrescunt, adeoque nisi intra tertium diem legantur, censentur pro deselictis habiti. \* Esto vero de iure Comuni res ita se habeat, tamen in plerisque locis usus contrarium observat, nempe quod fructus pendentes in alienum fundum cedant possessori illius fundi, unde hoc in re imprimis cuiusque loci consuetudo spectanda est.

Tit. 29.

### De homine libero exhibendo

Q. 1. Quid sit interdictum de libero homine exhibendo? R. Est exhibitorium quo agitur, ut homines liberi detenti exhibeantur, sine sint puberes, sine impuberes, sine masculi, sine feminae, sine sui, sine alieni juris, l. 3. §. 1. ff. h.

Q. 2. Quibus datur? R. Cuilibet, nemo enim prohibendus est libertati favere, d. l. 3. §. 9. Itaque et Patri et Matri et marito l. 2. et 3. C. h. Is autem, ad quem res maximè pertinet, et qui magis idoneus est, ob conjunctionem, fidem, vel dignitatem inter plures praeferi debet, d. l. 3. §. 12.

Q. 3. An et creditori datur ad exhibendum debitore? R. Neg. sed tamen is potest, ut in bona latitantis debitoris mittatur l. fin. ff. h. §. 1. ff. h.

Q. 4. Contra quos datur? R. contra eos, qui

invitos et detinent dolo malo, l. 1. pr. l. 3. §. 5. ff. h.  
non vero ex jure potestatis, vel aliâ justâ causa, d. l. 3.  
§. 2. et 4. ff. h.

Lib. 43.  
125

Tit. 30.

De Liberi exhibendis ite duceendis

2. d. Quid sit interdictum de liberi exhibendis? R.  
Est exhibitorium, quod datur Patribus, ea causa potes-  
tatis Patris, l. 1. pr. ff. l. 2. c. h. contra eum, qui detinet  
liberos invitos, l. ult. ff. h. non adversus ipsum filium.

2. 2. An non aliquando cesset hoc interdictum? R. Cessat  
1<sup>mo</sup> contra Matrem, si apud eam praestet liberos  
morari, l. 1. §. 3. ff. h. 2<sup>do</sup> contra generum, qui filiam duxit, §. 2. d.  
l. 1. §. fin. 3<sup>to</sup> si judicatum sit quod filius non sit in Patris  
potestate, et si per injuriam, d. l. 1. §. 4.

2. 3. Possit ne et maritus de uxore exhibenda ac ab-  
ducenda agere? R. Affi potest non solum adversus ex-  
traneum, sed et patrem, l. 2. ff. h.

Tit. 31

Utrubi

2. Quid sit interdictum utrubi? R. eodem modo  
se habet, quo utri possidetis, praeterquam quod hoc re-  
feratur tantum ad res mobiles, §. 4. just. de interd.  
l. 1. §. 1. ff. h.

Tit. 32

De Migrando

2. Quid sit interdictum de migrando? R. Datur  
inquitinis, ne vis fiat eis, qui soluta pensione mi-  
grare, et invecta, ac illata inde abducere volunt  
l. 1. pr. ff. h.

Tit. 33

De Salviano interdicto

2. d. Quid sit interdictum Salvianum? R. hoc possessio-  
nis adipiscenda causa comparatum est, et competit  
ipso locatori pro possessione rerum illatarum et  
invectarum in praedium rusticum adipiscenda, modo ta-  
men colonus, eas pro securitate pensionis solvenda  
expresse hypothecavit locatori, cum sine hac hy-

Lib. 43.

potestatem constitutione expressa, ei nec hoc interdictum, nec actio Serviana competat, sicut satis eruitur ex S. 3. inst. de interd.

Dicas: hoc interdictum superfluum videtur, cum sufficiat actio Serviana? R. Nequaquam; Serviana enim agit de ipsa re, Servianum vero de possessione. In Serviana non obtinet actor, nisi probet rem in dominio debitoris fuisse tempore oppugnationis, C. ij. S. 1. ff. de pignor. In hoc interdicto vero sufficit probari rem esse obligatam, et possideri à ~~de~~ conductore debitoris. Serviana competit contra quemlibet possessorem. Servianum autem tantum contra conductorem, cumq. debitore, C. ij. C. h.

Inst. Atqui in C. 1. ff. h. datur hoc interdictum contra extraneos quosq. R. <sup>deat</sup> communiter d. C. 1. S. 1. accipiendam esse de utili interdicto; dictam autem C. 1. C. h. de directo.

Ab.

Q. 2. Quid dicendum de partialibus colonis? R. et in iis hoc interdictum locum habet, quia revera sunt coloni C. 1. ff. de locat. conduct.

Q. 3. Quid si plures sint locatores? R. Potior est conditio possessoris, si autem convenerit, ut pro partibus res sit obligata, utilis actio datur pro partibus conventis C. 1. S. 1. ff. h.

## Libri 44

Lib. 44.

Tit. 1.

De exceptionibus, prescriptionibus,  
et prejudiciis.

De exceptionibus diximus C. 4. inst. Tit. 13. et C. 2. de res. Tit. 25. Materia vero prescriptio-

Haec rubrica nobis tres materias representat. Prima consistit in exceptionibus plurimas et diversas species sub se comprehendentibus; altera complectitur prescriptiones seu exceptiones prescriptio-